
BVLLA EREGTIONIS

Collegij Pragenſis Ordinis Minorum Conuentualium S. Franciſci.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Inſtitutio Collegij S. Bonauenturæ in Ciuitate Pragæ pro ſtudentibus Fratrum Minorum Conuentualium cum applicatione annui redditus, ab Imperatore Ferdinando Secundo ei aſsignati.

GREGORIVS XV. ad perpetuam rei memoriam.

IN ſupereminenti Sedis Apoſtolicę ſpecula, meritis licet imparibus, diſponente Domino, conſtituti, & intra mentis noſtræ arcana reuoluentes, quantum ex litterarum ſtudijs Catholica fides augeatur, diuini nominis cultus protendatur, veritas agnoſcatur, ac iuſtitia

cola-

Digitized by Google

colatur, ad ea, per quæ litterarum ſtudia huiuſmodi vbilibet excitentur, libenter intendimus, & in his ſollicitudinis noſtræ partes propenſius impartimur, prout, locorum qualitate penſata, conſpicimus ſaluriter expedire.

§. 1. Cum itaque, ſicut dilecti filij Iacobi de Bagnacauallo, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Conuentualium nuncupatorum Miniſtri Generalis nomine Nobis nuper expoſitum fuit, chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus Romanorum Rex in Imperatorem electus, mille & ducentos daleros annuos monetæ illarum partium pro duodecim Baccalaureorum in domo regulari S. Iacobi Pragenſis, eiuſdem Ordinis manutentione aſſignauerit; & propterea dictus Ferdinandus Rex in Imperatorem electus, tam ad Fratrum dicti Ordinis in prædicta domo ſtudentium commodum, & profectum, quàm etiam ad militantis Eccleſiæ exaltationem, ipſiuſque ciuitatis decorem, in prædicta domo vnum Collegium ſtudij pro vno Regente nuncupañ, ac duodecim Baccalaureis, ſeu Collegialibus eiuſdem Ordinis profeſſoribus per Nos erigi, & inſtitui, aliaſque vt infra indulgeri, ſummopere deſideret. Nos pijs, & laudabilibus dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, votis in præmiſſis annuere volentes, ſupplicationibus eius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, necnon militantis Eccleſię exaltationem, diuinique cultus, & orthodoxę fidei augumentum, ac Religioſorum prædictorum commoditatem, & profectum, in prædicta domo vnũ

Col-

Collegium ſub inuocatione S. Bonauenturæ, & eiuſdem Ordinis profeſſoris, cum omnibus, & ſingulis priuilegijs, prærogatiuis, & indultis Collegio S. Bonauenturæ eiuſdem Ordinis de Vrbe conceſſis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus.

§.2. Illique ſic erecto, & inſtituto, pro eius dote, ac vnius Regentis, & duodecim Baccalaureorum, ſeu Collegialium inibi pro tempore exiſtentium ſuſtentatione, & onerum eis incunbentium ſupportatione, mille & ducentos daleros huiuſmodi, ita quòd liceat eis corporalem, realem, & attualem illorum poſſeſſionem ſuo, & dicti Collegij nominibus propria auctoritate libere apprehendere, & retinere, ac in ipſius Collegij vſus, & vtilitatem conuertere, auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuò applicamus, & appropriamus.

§.3. Decernentes, præſentes litteras ſemper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, neque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritũ, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtañ conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

§.5. Dat.

§. 5. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Aprilis 1622. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

R O M Æ,

Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.

M. DC. L.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

§. 5. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Aprilis 1622. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

R O M Æ,
Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.
M. DC. L.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

§. 5. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Aprilis 1622. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

R O M Æ,

Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.

M. DC. L.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google